

_Lettera_N_0457

Al diacono Michele Rua

S. Ignatii apud Lanceum taurinensem, 27 julii 1860

Dilecto filio Rua Michaéli salutem in Domino.

Litteris gallicis conscriptam epistolam ad me misisti; et bene fecisti. Esto Gallus tantum lingua et sermone; sed animo, corde, et opere Romanus intrepidus et generosus.

Scito ergo et animadverte sermonem. Multae tribulationes te expectant; sed in his magnas consolationes dabit tibi Dominus Deus Noster.

Praebe teipsum exemplum bonorum operum; vigila in petendis consiliis; quod bonum est in oculis Domini constanter facito. Pugna contra diabolum; spera in Dea; et, si quid valeo, totus tuus ero.

Gratia Domini N. J. Ch. sit semper nobiscum. Vale.

Sac. Bosco J.